Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35511
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Beati quorum remisse sunt iniqui-
tates / et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputat
dominus peccatum / nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inveterauerunt ossa
mea / dum clamarem tota die. Quoniam
die ac nocte grauata est super me manus
tua / Conuersus sum in erumna mea dum
configitur spina. Delictum meum co-
gnitum tibi feci / et iniusticiam non ab-
scondi. Dixi confitebor adversum me
iniusticiam meam domino / et tu remisisti in
pietate peccatum meum. Pro hac orabit
ad te omnis sanctus / in tempore opportuno. Ve-
rumtamen in diluvio aquarum multarum / ad
eum non approximabunt. Tu es refugi-
um meum a tribulacione quam circumdedit
me / exultacio mea eruc me a circum-
dantibus me. Intellectum tibi dabo
et instruam te / in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos. Ne